cando ꝛ dicat oratione̅ eiuſ-
dem articuli vl̄ eius ſenſum
in mente habeat: et ruminet
iſtud pš. Quoniā qui ſe elō
gant a te peribunt: perdidi-
ſti omneſ qui fornicant̄ abſ-
te. Mihi autem adherere bo
bonū eſt. Theorema.

Eſu qui vin/
ctus armata manu tan-
q̄z malefactor de loco
ad locum ex pbrabilit̄
duci voluiſti: da mihi
hanc virtute̅ vt ad nul-
lum a maligno ſpiritu
aut homine malo ſedu
car peccatū: ſed ſpiritu
tuo bono deducar ad
omia tue bn̄placita vo
lūtati. Octau⁹ articul⁹

O Ctauus articul⁹
eſt ductio. Ubi con-
ſiderandu3 ꝙ chriſt⁹
in pceſſu paſſionis ſue noni
es hodie ductus fuit ſic̄ col-
ligit̄ ex euāgelijs. Primo ei
mox vt captus fuit ꝛ ligatuſ
duxerūt eū ad annā primu3
Joh. xviij. Secūdo duxer̄t
eū ab anna ad cayphā. Mat
th ei. xxvj. ꝛ Mar. xiiij. Ter
tio duxerūt eū a caypha ad
pilatū. Matt. xxvij M. arc̄.
xv. Johā. xviij. Quarto du-
xer̄t eū a pilato ad herode3
Luce xxiij. Quinto ab hero
de reduct⁹ fuit ad pilatum.
Luc̄ xxiij. Sexto milites du
xerunt eū intro in atriū pre-
torij vbi illuſerūt ei. Math.
xxvij. ꝛ Mar. xv. Septimo
pilatus duxit eū foras de p̄-
torio idutū veſte purpurea
cū corona ſpinea. Johā. xix
Octauo ide̅ pilat⁹ duxit eū
foras p̄toriū ad locū qui di
cit̄ licoſtratos hebraice ga-
batha vbi ſedit pro tribuna
li. Johannes xix. Nono du-
xerunt eū ad patibulū cru-
cis. hoc patet p omnes euan
geliſtas. Et in qualibet iſta-
rum ductionū ſemp ſingula-
res penas ꝛ cōtumelias paſ-
ſus eſt ſicut de ſingulis i ſuiſ
locis patebit. Fuerunt aute̅
he noue̅ ductiones facte in-
fra vnā mediam die̅ natura-
le3. videlicet a media nocte
vſq3 ad meredie̅. Et hoc rep̄
ſentant fideles qui hodie ab
hora matutina vſq3 ad horā
nonā circūeuntes viſitāt no
uem eccleſias in memoriam
ꝙ chriſt⁹ poſtq̄3 capt⁹ fuit du
ct⁹ e̅ ad noue̅ loca. S3 quā-
tum ad p̄ſente̅ articulū atte̅

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-240/0057
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG